



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

6. In cod. de eius virtutibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
tiæ, &
ex enim
ud in c
igamus
habitan
cupidit
corden
undus.
vicinosu
te erit; L
ncto p
bul. &
ida, qu
is mene
sit? Sc
agnum
um, ma
n, & ai
tiā per
cias has
s, 2. Za
nguam
i, vt di
tali ve
s debe
ne gra
eptam
EDI.

FESTA TOTIVS ANNI. 155
M E D I T A T I O I I
De vita & virtutibus in Euangeliō expressis.

CONSIDERA, cū Christus clare dixerit Matthēi 11. Inter natos mulierum non surrexisse maiorem Ioanne Baptista; ob quasnam virtutes tantum praeconinm me ruerit, & inuenies præcipue tres, humilitatem scilicet, vitæ seueritatem, & charitatem in Deum & proximum, propter hæc enim tria pii etiam apud vulgus hominum sanctitatis opinionem conciliare solent: Primō ergo expende in quo declarat humilitatem. Declarauit autem primō in eo, qnod cum multi etiam Pharisæi & Sadducæi baptismi ab eo suscipiendo causa confluenter, palam fassus sit post se venturum alium, cuius non esset dignus corrigiam calceainē toruin soluere: cogitariāt enim multi iu corde suo, fortē ipsum esse Messiam, deinde cum Christus ipse aduenisset, humiliter restitit dicens. Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me: 2. cum Iudei ad eum misissent legatos, Sacerdotes & Leuitas, rogatum, an esset Messias; Elias, Propheta, negauit se esse: cum tamen sine mendacio potuisse se Eliam & Pro-

Mat 3.

Luca 3.

Ioan. 1.

K s pheram

154 MEDITATIONES IN

phetam vocare. nam Christus ita cum
cauit. Cum rero iisdem virginerent, quis ei
Ioan. 3. esset, respondit, se esse vocem clamantem
deserto. quia nihil fragilius. 3 cum eius
scipuli rursum iactarent, respondit? Ch-
stum oportet crescere me autem minui. Qui
cælo venit, super omnes est. Qui de terra ei
de terra loquitur. Ecce ex humilitate vo-
sua dicta terrena, Christi cœlestia. 4. hu-
militatem etiam vili victu & amictu, cu-
tamen nobili stirpe esset oriundus; decli-
ravit.

2. Considera vitæ austерitatem. Primò in

habitatione, quia à prima pueritia in soli-
Mat. 3. tudine vixit usque ad annum ætatis trigesim-
mum, 2. in victu, quia cibis eius fuit lo-

Luca 1. custæ & mel sylvestre, potus aqua. Vinum
enim & siceram non bibit, teste angelo,
3. in vestitu, qui fuit ex pilis camelorum,
cum zona pellicea. Adiunge diritem lecti-
nempe terræ, continuas quasi vigilias,
preces, & meditationes rerum diuinarum
noctu diuque, Vnde S. Patres eum vocant
Principem, & Patriarcham eremitarum &
omnium monachorum. nam egressus è so-
Mar. 9. litudine discipulos, quos collegit, docuit
ieiunare, cum tamen Christus id non exi-
geret à suis discipulis.

Con-

IN
FESTA TOTIVS ANNI. 353

Considera charitatem & zelum, quod
omnes hortaretur ad pœnitentiam, con-
fessionem peccatorum baptismum & fru-
ctus pœnitentia dignos, id est, ad bona Mrt. 5
opera. 2. quod milites, publicanos, mu-
lieres, & alios quosvis homines instrue-
ret quomodo viuere deberent. 3. quod di-
scipulos collegerit, eos ut postea mitteret
ad Christum, ut misit Andræam Aposto-
lum. 4. quod vbique non tam sui, quam Ioan. 1.
Christi honoris rationem habuerit. & illi
testimonium præbuerit. 5. quod libeté Sa-
ducæos & Phariseos hypocritas arguerit,
& progeniem viperarum vocarit, & ignem
inferni veram non agentibus pœnitentiā,
minatus sit. 6. quod Herodem regem re-
prehenderit, & pro veritate sanguinem
fuderit

IN FESTO APOSTOLORVM Iug.
PETRI ET PAVL.

De remuneratione confessionis Petri.

Matth. 16.

CHRIStVS querit ex discipulis. quem
dicant homines filium hominis? Respon-
dent, alij Ioannem Baptistam, alij Eliam.
Cōsidera humilitatem Christi, quod dum
scit Petrum confessurum se esse filium Dei
yui,